

**O**mnia cum pereant, nec sit durabile quicquam,  
Non sine deliciis coelica tecta petis  
Arte medendi Vir Celebris: modo mors tua, VATER,  
Non damnoſa Scholae, delictumque Domus  
Heu! raperet. Verum Tibi qui praecepit abire,  
Afflictis reddet, quae recreare valent.

**ERNEST. CHRISTIAN. SCHROEDERVS,**

Prof. Publ.

**V**ATERVS moritur, medica tam clarus in arte,  
Aetas ut tulerit uix hodierna parem.  
Ergo, letiferos qui tot depellere morbos  
Doctus erat, morbo nunc quoque raptus, obit.  
Aſt obit ipſe ſatur uitae, feſſusque ſenecta.  
Debita laus meritis, non moritura, manet.

Supremo honori Medici ſummi, grataque ſemper  
memoria proſequendi,

L. M. D

**MARTINVS HASSEN,**

Moralium et Ciuiliū P. P

**S**ic tandem, *Venerande Senex*, Tua claudere  
fata

TE monuere dies, uitaque longa Tua.  
Contra vim mortis, ſic eſt, non gramina creſcunt,  
Omnes ſub leges mors vocat atra ſuas.  
At pars nobilior ſuperas euaſit ad auras,  
Spiritus atque Tuus regnat in arce poli.  
Deſine propterea lacrymas nunc fundere largas,  
Tu thalami conſors, charaque Tu ſoboles.

Lugens dabat

**MART. GOTTHELFF LOESCHERVS, D.**

C

VATE-